

## Ablativus mensurae

Sol **multo** maior est, quam luna. ....

Agrum **dimidio** minorem habemus, quam vos. ....

**Nihilo** meliores estis, quam alii discipuli. ....

Domus nostra **decem pedibus** altior est, quam vestra. ....

Libros **paulo** cariores emi, quam tu. ....

Virtus **multo** divitiis praestat (divitias superat). ....

Frater meus **aliquanto** maior est, quam ego. ....

Februarius **duobus** vel **tribus diebus** brevior est, quam e. g. Ianuarius. ....

**Quo** maiores sunt divitiae, **eo** maiores sunt curae. ....

**Quo** diligentior es, **eo** plura scis. ....

**Quo** plura habemus, **eo** plura cupimus. ....

**Quanto** maiores, **tanto** cariores sunt domus. ....

Hostes **paucis post diebus** Romam legatos miserunt. ....

**Multis ante annis** iam hic habitavimus. ....

Calamitas **paucis ante diebus** est facta. ....

**Quattuor mensibus post** ego quoque Romam adveni. ....

Exercitus **non multo post** rediit. ....

## Ablativus pretii

**Magno, tribus talentis** domum meam vendidi. ....

Hunc librum **parvo, duobus denariis** emere potes. ....

Villa nostra **duodecim milibus** denariorum fuit. ....

Hoc aedificium **tribus milibus** denariorum locavi. ....

Vestis amici mei **mille sestertiis** constitit. ....

Hortum tuum **plurimo, duobus talentis** emo. ....

**Duobus milibus** denariorum villam conducere volo. ....

Potes-ne frumentum meum **viginti denariis** vendere? ....

Hunc librum **uno asse** emi. ....

Equus meus **minimo, sescentis denariis** veniit. ....